



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Chronologia Christiana

Heripoli, 1694

Sæculum V. Ab Anno 400. ad 500.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65495](#)

AB ANNO 300 AD 400.

67

insperguntur, ignis è cælo exilit, terra jacta ab imo fundamenta excutit. *

Gallerij Maximiani horrenda mors
311. * Crispus & Fausta pereunt, ille filius Constantini à Fausta Noverca si-
etis criminatioibus implicitus, præ-
coce Sententiâ à Patre damnatur ad
mortem, fraude autem compertâ ipsa
quoque Fausta ardentibalneo perimi-
tur. * Fames immanis sub Valente.

367. * Grando tantæ magnitudinis
Constantinopoli decidit ut homines
plurimos perimeret. * Apud Atreba-
tas lana pluviæ mixta defluxit 371. *



SÆCULUM V.

AB ANNO 400: AD 500.

§. I. Romani Pontifices.

XLII. **S.** INNOCENTIUS I. Al-
banensis Elect: A. 402. o-
biit Confess. A. 417. die. 28

Julij. Excommunicavit Arcadium Imp:
& Eudoxiam, quod S. Chrysostomum ex-

D 2

pule-

de-
Ty-
A.
oo-
. *
ta.
dio
Pa-
ra-
um
ex
ere
&
Pa-
O-
g.
*
tu
ræ
*
o-
il-
ris
nu
m
eez

pulerint, sed Pœnitentes recepit in Ecclesiæ. Jejunium constituit in Sabbatho celebrari in memoriam Christi in sepulchro jacentis.

XLIII. S. ZOSIMUS Græcus Ele^{ct}: A. 417. obiit Confess. A. 418. die. 26. Decembris. hæres virtutum S. Basili^j & brevi regimine suo perfunctus ad Coronam maturus Sanctitate migravit.

XLIV. S. BONIFACIUS I. Romanus Ele^{ct}us A. 418. obiit Confess. A. 423. die. 25. Octobris. Vir venerabilis, probitate morum æquè & doctrinâ insignis.

XLV. S. COELESTINUS I. Romanus Confess. obiit A. 432. die. 6. April. hunc Parentes prius Deo obtulerunt, quām conciperetur, & à tenera ætate in Monasterio educaverunt. Constituit ut Psal. *Iudica me Deus & discerne &c* diceretur ante introitum Missæ. Strenuè defendit unitatem personæ Christi, in duabus naturis in Concilio Ephesi. contra Nestorium.

XLVI. S. SYXTUS III. Romanus Confess. Ele^{ct}us A. 440. obiit A. 240. die.

AB ANNO 400. AD 500. 69

die. 28. Martij. Hic congregatâ, syno-
do purgavit se coram 57. Episcopis de-
turpi crimine , quod illi *Bassus* coram
Augusto imposuerat, quem etiam uni-
versum Concilium illatæ injuriæ con-
demnavit, & Deinutu post tres men-
ses vitâ functum *Sixtus* ipse linteis in-
volvit, conditumque in Ecclesia Petri
propriis manibus sepelivit. Romæ Ec-
clesiam *Mariae Majoris* ædificavit &
altare trecentorum Pondo argenti ob-
tulit. Per gravissimam calumniam im-
pingitur huic Pontifici triplex volu-
men erroribus Pelagij refertū & evul-
gatum: Cum ipse Pelagianorum in-
fensissimus hostis fuerit.

XLVII. S. LEO I. Magnus Conf.
Ele&t. A. 440. Obiit A. 461. die. 2. A-
pril. celebratum est sub hoc Conciliū
Chalcedonense contra *Eutychen* & *Di-*
escorum , *Attila* Wandalorum Regi
Romam, cum exercitu ad rapinas &
cœdes anhelanti obvius, sicut furorem.
Genserico similiter occupatâ jam Ro-
mâ & cœde & flammis sævire vo-
lenti autoritate suâ & cœlesti eloquen-

D 3 tia

tia frænum injicit, ut solâ rapina contentus (præcipuâ tamē Ecclesiâ ab ex-spoliatione immunirelietâ)excesserit.

XLVIII. S. HILARIUS ex Insula Sardinia Confess. Elect. A. 461. obiit A. 467. die. 10. Septembris *Anthemium* Imperatorem in Ecclesia S. Petri palâ elatâ voce jure jurando promittere cō-pulit, quod nulla nova conventicula, quæ Macedoniani obtrudere conabantur Romæ permisurus esset.

XLIX. S. SIMPLICIUS aliis Sul-pitius Tiburtinus Conf. Elect. A. 467. obiit A. 483. die. 2. Martij. Fortis pro Ecclesia adversus *Zenonem*, occultè Eutychianum, statuit, ut nullus Clericus investituram accipiat à Laico.

L. S. FELIX III. Presbyter Roma-nus, Proavus M. Gregorij. Electus A. 483. obiit A. 496. die. 22. Novembris *Aeacium* Chalcedonensis Concilij Pro-ditorem strenue insectatus est. Consti-tuit ut Ecclesiæ ab Episcopis conse-crentur certis ritibus, statuit ut accusa-to dentur induciæ quibus se ad re-spondendum præparare possit.

Alij

Alij qui Felicem I. vivente Liberio Pontificem factum in computo Pontificum omittunt, hunc in ordine XLIX. & Felicem II. Scribunt.

LII. S. GELASIUS I. Africanus
Confess. Ele^{ct}. A. 492. obiit A. 496.
Concilium Episcoporum 70. Romæ celebravit, edidit decretum de Scripturis Sacris, Canonis Libris, Conciliis ac Scriptoribus Ecclesiasticis. Sub eo primò *Canonici Regulares* in Laterano sub Regula *S. Augustini*, ad quorum exemplum & normā *S. Benedictus* paulò post Sanctissimum & Celeberrimum ordinem suum incœpit.

LII. ANASTASIUS II. Romanus
 Patre *Fortunato*. Ele^{ct}us A. 497. obiit A. 498. Pontifex quo ad omnia laudabilis ; nisi quod videatur erga Acacianos hæreticos benignior & familiarior, quam pastoralis cura permiserit.

LIII. S. SYMMACHUS Sardus.
Confess: ele^{ct}: A. 498. d. 19. Julij. obiit An. 514. Celeberrimus ab instauratis pretiosèque ornatis Ecclesiis. De eodem notat *Genebrardus* quod præbuerit subsidia in sustentationem 220.

Episcopis in *Sardiniam* exilio relegatis à *Trasimundo Rege Vandalarum*. Ef- fecit idem ut *Manichæi* Româ expul- sis illorum libri ac simulacra palam concrementur.

§. 2. *Romani Imperatores.*

XLIX. VALENTINIANUS III.

VHonorij filius, quem *Theodo-
doribus* Junior Orientis Imperator *Augu-
stum* nominavit. Obijt autem Theodo-
sius A. C. 449. Imp. 43. de Religio-
ne optimè meritus relicto Imperio so-
rori *Pulcheria*, quæ *Marciano* nupsit.
Salvâ Virginitate. VALENTINIANUS
verò per oppressionem Ecclesiæ ac la-
sciviam ad quam etiam magicas in-
cantationes adhibuit, res ante præcla-
rè gestas deturpavit; Peremptus à fau-
toribus *Aëtij* A. 455. Imp. 30. SYMB:
THEODOSII: tempori parendum. VA-
LENT: SYMB: *Omnia mea mecum porto.*

L. MAXIMIUS Ductâ uxore *Va-
lentiniani Eudoxiâ* viduâ occupavit
imperium, qui cum *Eudoxiæ* manife-
stasset seipsum esse qui priorem peri-
men-

AB ANNO 400. ad 500. 53
mendum curaverit, illa *Gensericum* ex
Africa ad ulciscendam necem evoca-
vit, qui *Romam* populatus est, & *Ma-
ximum* fugavit: Quem Romani infecu-
ti membratim discerpserunt, duobus
mensibus post invasum Imperium, cui
suffectus est *Avitus*, qui se eodem
mox abdicavit, utriq; autem superstes
MARCIANUS multum profuit Eccle-
siæ & obiit An. 457. Imper. 6. SYMB:
MARCIANI: *Pax bello potior.*

LI. LEO MAGNIUS, optabat ut Mili-
tum stipendia converterentur in Do-
ctorum Salaria. SYMB: *Regis Clementia
custos*. Imperavit laudatissime an. 18.
moritur anno 474. reprehenditur à va-
riis ob nimium favorem *Basilisco* Uxo-
ris fratri & *Zenoni Isaurico* genero suo
exhibitum, creavit Occidentis Impe-
ratorem *Majorianum*, quem post 4.
annos peremit *Severus*. Hunc autem
Ricimerus post annos 5. sustulit, sicut
& *Anthemium* à se intrusum post annos
6. eos secuti *Olybrius Mens.* 7. & *Gli-
cius* Anno 1. tenuerunt imperium.

LII. ZENO ISAURICUS temulen-
D § tus

tus, effeminatus ac corruptissimis mo-
ribus vix mortuo *Leone* filio suo & Ne-
pote *Leonis Magni*, quem ipse avus
Augustum declaravit, Imperium sibi
tanquam tutor & administrator usur-
pavit, & imperavit annis 18. de quo
Imperio illum dimovit *Basiliscus* frater
Verinae socrus A. 476, & in annum ac
Menses nonnullos spoliavit, & cum
uxore *Ariadna* apud *Iauros* fame ac
squalore penè consumi fecit; sed cum
Basiliscus Zenone nihil melior, imò de-
terior effet ab *Armato* Duce totoque
exercitu ad *Zenonem* redeunte captus
est, & in exilium à *Zenone* relegatus.
Vixit *Zeno* sceptro resumpto usque ad
A. 491. quo Epileptico morbo extin-
ctus est. *Symb:* malo nodo malus cuneus;
Quod tunc intelligi debet, quando
fraus fraude, dolus dolo repellitur.
Ferunt *Zenonem* Epilepsiam correptum,
vel summâ ebrietate captum, veluti
exanimatum jussu uxoris *Ariadna* se-
pulchro illatum esse, ibi cum postea
sensum recepisset, frustra vociferatus,
verè interiit. *Basiliscus* autem in exilio
una

AB ANNO 400. AD 500.

75

unâ eum liberis castello inclusus fri-
gore & fame periit. SYMB: ejus: Non
nocet invidia.

Observa quod anno 474. *Julius nepos*,
exauktorato, & in Clericum tonsor, fa-
ctoq; *Episcopo Glycerio*, Occidentis im-
perium occupavit, sed non diu tenuit;
nam ORESTES Militiæ Præfectus Im-
peratorem militiæ renuntiat suum fi-
lium *Momilium Augustulum*, Iulio Ne-
pote in Dalmatiam abacto: sed *Odoa-
cer*, Nepotis Vindex, *Orestem & Augu-
stulum* sustulit, & Occidentis Impe-
rium extinxit, Italiam autem Regis ti-
tulo tenuit à *Theodor*: trucidatus A 493

LIII. ANASTASIUS Zenonis Suc-
cessor Ecclesiæ plurimum adversatus
obiit A. 518, Imp. 27. fulmine tactus.
SYMB: *Mellitum venenum blanda oratio*.
Scivit sub ovinâ pelle lupum astutè te-
gere, alias nunquam Imper: acclaman-
dus, verum ostendens illud Sap. 4. 3.
*Spuria vitulamina non dabunt radices al-
tas, nec stabile firmamentum collocabunt*.

S. 3. Concilia.

M Illevitanum 402. Toletanum I. 405.

D 6

C 8.

Carthaginense quadruplex. Ephesinū.
Oec. pro unitate personæ in Christo
contra Nestorium 431. Chalcedonen-
se Oec. pro duabus naturis in Christo
contra Euticheten & Dioscorum 451.
Romana aliquot sub Gelasio pro fidei
conserv. 494. in absolutione Misericordia
pœnitentis 495. sub Symmacho 499.

§. 4. Schismata.

Eulalius Diaconus defuncto Zozy-
mō Lateranensem Ecclesiam in-
gressus, Pontificis sedem occupat:gra-
du dejicitur à Clero ligitimè congre-
gato, & Bonifacium Papam renuntian-
te. Schisma Antiochenum post annos
168. extinctum. Semina Schismatis
Constantinopolitanor: Præsulum pri-
matum afferantiū jaēta ab Aeacio 472

§. 5. Propagationes Fidei.

Burgundia cum Rege Gondesilo per
Domitianum Geneva Episcopum
conversa. Franci denuo ac pleniū
cum Clodovao. Scotti denuo per Palla-
dium. HIBERNIA per S. Patritium. Persæ
sub Isdegerde, Æthiopia sub Rege
Abra-

AB ANNO 400. AD 500.

77

Abrahamo. & Asba ejus fratre. Saraceni cum Rege Alamundaro, Vindelici, Norici, Rugi, ac vicini per S. Severinum.

§. 6. Persecutiones Fidei.

VAndali Ariani Ecclesiæ infesti præsertim Geisericus 455. Persæ sub Varane & Chosroe Regibus. 408. & 422. Attila Hunnorum Rex Christianas plerasque Provincias Flagellat. 450. Passi in Gallia. S. Desiderius. In Africa innumerí. de quibus Victor Uticensis.

§. 7. Sanctitate Clari.

SHonoratus 426. S. Alexius 450. S. Germanus Altisidorensis Ep. 435. S. Pulcheria & Sorores Placilla, Marina, Arcadia. 450. S. Remigius 471. Ss. Simeon & Daniel Stylita. 489. S. Remigius 480. S. Genovefa 484. S. Patricius. 491. S. Clotildis 499.

§. 8. Heretici.

Secundinus. Vigilantius. Pelagiani. Cœlestius For tunatus. Felix. Maximius Episcopus Arianus. Abeloitæ. Faustus. Avitus Origenista. Petilianus Conista. Vitalis. Vincentius Victor. Theodorus Mopsuestiensis Ep: Diodorus Tarsensis Ep: Nestoriani. Pseudo Moyses Cretensis. Accephali. Semi Pelagiani. Eutyches

ches Diōscorus Alexandriæ Ep: Timotheus. Pacifi-
catores. Petrus Fullo. Xenias. Prædestinati. Deute-
rius Arianus Ep. Angelitz.

§. 9. Initia Religiosor. Ord.

S Augustinus Canonicos Regulares
ac Cænobitas instituit. Ioan; Cas-
ianus multorum Monachorum Insti-
tutor floret 404. Abbatia Lerinensis à
S. Honorato & sociis colicæpta. Acame-
tarū sive Studiarū Constantinop. erect.

§. 10. Initia Regn. & Princ.

R oma capta per Alericum Gothum
410. Regni Gothorum in Hispani-
is initia 413. Franci per Pharamundum
420. Vandali in Africa 427. Hunga-
rici per Attilam 442. Angli 463. Ita-
lici in Odoacre 470. Armorici in Riothi-
mo 470. Ostrogothici per Italiam in
Theodorico vieto Odoacre 493. Occi-
dentale Imperium in Augusto captum,
deficit in Augustulo 470. Romanum
Imperiū prorsus desinit in Gallia per-
cussio Sueff. Siagrio 490.

§. 11. Instit. Sacror. Rituum.

P Arabolani juvandis contactis pe-
ste.*

ste. * Reorum si convinci non possent
& accusatorum juramentum ad sepul-
chra Martyrum. * Cerei Paschalis be-
neditio singulis concessa parœciis. *
salutatione Angelicæ additum : *San-*
cta Maria Mater Dei &c. * Additum
Symbolo fidei; à Paire filioq; proce-
dit. * Triduum Rogationum decre-
tum. * Trisagium cani cœptum * Pu-
blica confessio abrogata. * Usus cere-
orum in die Purificationis inductus. *

§. 12. Nova reperta & Na- tales Vrbium.

Puncta à Masorethis excogitata
470. Venetiæ meta Attila con-
duntur 452.

§. 13. Scriptores Sacri.

D. Augustinus. E. Cassianus S. Oros-
ius D. Paulinus Nolanus. E. D. Iſi-
dorus Pelusiota. D. Cyrillus Alexandr;
E. Theodoreetus. E.D. Leo Magnus; P.
D. Prosper. D. Eucharius. E.D. Sidonius
E. D. Hilarius Arelat: E.D. Vincentius
Liren; Salvianus. D. Chrysologus. E. Gen-
nadius.

nadius. Faustus R̄heg. E. S. D. Maximus E. D. Paschalias Diaconus.

§. 14. Naturalium Disciplinarum periti.

Med: Maugantius. *Matth. Diocles. Proclus Diadochus. Pappus. Alexandr. Theon. Alexandr. Eutocius Ascalonita. Ambrosius. Merlinus vates Anglorum. Philos. Colutus Thebanus. H. Eunapius Sardianus. Zozymus Comes R. Symachus. Sylvius Bonus. Godelbertus. P. Ausonius, Claudianus. Rutilius.*

§. 15. Strategi & Pralia.

Stilico. * *Radagaisus Gothus cum ducentis armatorum millibus ad Fesulas cæsus sub Honorio. Apud Arelatem, Theodoricus Hispanus cum Attila confligit, ubi utrimque ad centum & octoginta millia mortalium unâ die cecidere. Attila ad Tolosam summâ clade affligitur. Aetius sub Valerian: III.*

§. 16. Universitates & Schools Publicæ.

Bononiensis Universitas à Theodosio instituta. A. 432.

§. 17.

§. 17. Res Memorabiles

A Radij Imper: exercitu in prælium cum Persis descendente Cruces in militum vestimentis apparuere, undè occasionem hausit obtentâ victoriâ nummos cudendi cruce insignitos.* *S. Stephani* Proto-Martyris reliquiae inventæ per revelationem.* Nocturnæ vigiliæ ad sepulchra Martyrum à *Bonifacio I* sublatæ retento iunio.* Codex Theodos: editus & promulgatus 435.* *S. Barnabe* Apostoli reliquiae divinitus inventæ unâ cum Evangelio *S. Matthæi* manu exarato.* *Gargani* Montis Crypta in Apulia detegitur ob apparitionem *S. Michaëlis* Archangeli celeberrima A. 493.* Ampulla olei de cœlo per Columbam supra Regem Galliæ *Clodovæum* ad illum inungendum allata.* *Attila* Trecas eversurus erat, sed orante *S. Lupo* Epi. scopo medium pertransit urbem cum exercitu excæcato ipse quoq; cæcatus nullo mortalium viso, lœsove.* A. 446 Oriente toto per sex menses terræ motibus

tibus quassato *Theodosius* Imper: *Prochus* Patriarcha, omnisque populus in aperto degens campo supplicabat, contigit in ipsa supplicatione puerum sublimè rapi, audireque ab Angelis concini Trisagium illud: *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & Immortalis misericordia nobis*, hoc demissus puer docet Imper: Patriarcham, & adstantes, ac moritur. *Prochus* & Imper: id ubiq; cani jubent, cessatq; terra succussari.

§. 18. *Eventus Tragici.*

Cometa ad terram usq; pertingens* *Tolosæ*, die integrâ Sanguis rivo largissimo profluxit.* Universi orbis opes à Vandalis direptæ, furente mari absorptæ 455.* Ignis maxima erupcio è Vesuvio 471.* Conflagrat Bibliotheca Constantinopolitana continens librorum millia centenà vicena. 476.* Gainas evertitur 400.* *Maximus* Imperator lapidibus obrutus & disceptus 455.* *Zeno* Imperator vi-vus sepultus 491.

SÆCU-